



**S**ors, quâ cum iniquissimâ inde, à pri-  
sco usq; conflictata ævo est Smarag-  
dina HERMETIS TRISMEGISTI Tabu-  
la, EMINENTISSIME ARCHIEPISCO-  
PE PRINCEPSQUE ELECTOR, me cõ-  
tandem audentiâ adegit, ut ingenti  
nomine Tuo obarmatus tyro, publicè curam pereun-  
tis suscipere instituerim. Scilicet, ut lymphis haustro  
è fonte extractis putredo sensim adrepere solet; cum  
fœtore; si præsertim illapsu variorum coinquinata cæ:  
Sic, postquam nostrorum incuriâ majorum insigne  
hoc vetusti orbis monumentum invidiâ illâ nativi idio-  
matis limpiditate exciderat, transfusum in peregrinas  
Linguas, Deum immortalem! quot non grave olentibus  
fordibus squalere cœpit? Accedentibus, qui pro lubitu  
fœdarent innumeris propè interpretibus. Quorum  
ut aliqui Chemicarum rerum peritiâ monstrabiles ex-  
titerint, plures herclè ne mediocriter quidem in eâ quæ  
ab HERMETE nomen trahit Philophiâ versatos certum  
est. Sed & expositiones in Tabulam à cæteris, ipsiusque  
ad eò Philosophorum Lapidis opificibus collatæ ejus-  
modi sunt, ut unâ atque alterâ exceptis, magis dignita-  
tem HERMETICI nominis erodant, quàm ij hætenus  
valent, quibus Chemiam, TRISMEGISTI inventum, ob-  
trectatoribus ac calumniæ prodere, quotidianum est.  
Quotus enim quisque cordatorum est, qui aut splen-  
dore inscriptionis, aut præconiorum magnitudine ille-  
lectus, ad diligentiorum se lectionem tabulæ Sinaragdi-  
næ